



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 132. Variæ Sixti IV. Papæ constitutiones

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.  
A. C. 1484.

§. CXXXII.

*Variae Sixti IV. Papæ Constitutiones.*

*Bullar. to. I.* Anno Christi millesimo quadringentesimo octogesimo quarto Sixtus IV. Pontifex Majoris Pœnitentiarii auctoritate quæ sub ejus Prædecessoribus Romæ multum labefactata erat, denuo revere rare, novoque splendore extollere crevit, hinc die nona Maji hanc in re Constitutionem edidit, quæ in Bullæ magis

*Pennot. in præf. Hist. Cler. Reg. Et l. 3. c. 24.*

D. O. M.

D. GUILIELMO de ESTOUTEVILLA

Normanno Gallo, Episcopo Ostiensi Cardine Rothomagensi, S. R. E. Camerario, Ex Congregatione Cluniacensi Ordinis S. Benedicti assumpto, qui apud Sedem Sanctæ totius Augustiniani Ordinis Protectorem agens templum hocce à fundamentis construxit, amplissimis dotibus locupletavit: altare Deiparæ Virginis imagine à D. Luca depictæ exornandum curavit, Sacrarum pretiosissimorum vestibus ditavit: Conventum in ampliorem commodiorem formam redegit: totum Ordinem singularibus beneficiis cumulavit. Plura & majora collaturus, nisi mortis invidia præpedivisset,

Prælat



Sæcul XV.  
A. C. 1484.

magno habetur. Eodem tempore aliam promulgavit Bullam, qua Canonicos Regulares, qui vulgo *Lateranenses* dicuntur, necnon FF. Eremitas Ordinis S. Augustini compefcere nitebatur, eo quod non sine gravi Ecclesiæ scandalo circa hujus S. Doctoris habitum, ac religiosorum institutionem mutuo inter se colliderentur; Eremitæ enim ab ipsomet Sancto Patre ac Magno hoc Doctore sese fuisse institutos, paulo vehementius contendebant; quapropter Pontifex indicta anathematis poena tam his, quam illis præcepit, ut ab ejusmodi contentione absterent, & se mutua charitate diligerent, parum solliciti, quo habitu induti fuerint Clerici, quos S. Augustinus sub vita communi in Episcopali domo sua congregasset. Ceterum

Bzov. hoc  
ann.

Præfule Amplissimo

Tam Doctrina, moribus, virtutibus,  
Quam Sanguine, opibus, honoribus, conspicuo  
Patrono beneficentissimo

M. F. HYPOLITHUS MONTIUS

Gen. Prior, ac PP. hujus Cœnobii

æternum Grati animi monumentum PP.

An. Sal. MDCXXXVII.

Obiit Anno Domini MCCCCLXXXIII.

Decima Sexta Februarii

Ætatis suæ anno LXXX. R. I. P.

M 2



**Sæcul. XV.**  
**A.C. 1484.**

terum quamvis admodum frequente  
agitata fuerit quæstio, an S. Pater Reli-  
giosum professus esset institutum, ac Re-  
ligiosos cuidam certæ Regulæ adsc-  
ptos instituisset, necdum tamen hac  
per re concors est partium sententia;  
solum in hac controversia statui posse  
datur, quod Magnus ille Sanctus Doct-  
Hyppone commorans ad eandem vive-  
di normam, quam Tagastæ tenebat, in  
quodam cœnobio dies suos transige-  
voluerit, eoque comperto Valerius  
piscopus, ut ad sancti Viri vota suum quo-  
que conferret studium, eidem quemdam  
hortum Ecclesiæ proprium donaverit,  
quo S. Augustinus nonnullos Dei famulo-  
congregavit, qui divenditis omnibus  
suis bonis, atque in pauperes distributis  
ad Magistri sui normam in poenitentia  
ac paupertatis austeritatibus vivere con-  
cupiverant, estque verosimile, quemi-  
bet eorum in hac communitate ex labo-  
re manuum victum quæsisse. Ceterum  
hac in re id unice exploratum habemus  
quod hi S. Apostolorum regulam obser-  
verint, id est, quod nemo eorum quo-  
quam proprium possederit, sed omnia  
in communia, & singulis juxta ce-  
juslibet necessitatem distributa fuerint.

*Tillemont.*  
*in vit. S. Au-*  
*gust.*

*Baillet. ad*  
*28. diem*  
*Augusti.*